

ptis ministraret, quia ad hoc non agitur, vt nota. de atate. & quali. in c. quaris, & ponit Host. in Sum. de feruino. Quædam sunt delicta enormia non inducunt suspensionem, quæ sunt, nunc aut aliqua in c. nisi cum pridem. & dico omnia quæ sunt depositione, vel degradatione digna, non tamē causantia suspensionem, vel degradationem, & occulta, & in istis procedit decreta, quia quo ad suscepta ante crimen non impeditur tamen quo ad suscipienda. & puto quæ quo ad suscepta post crimē qui male suscepit, sed si omnino est occultum, non compellitur, sed monetur. Quædam sunt delicta mediocria & manifesta, & appello delictū mediocre, quod inducit peccatum mortale, & tunc quædam sunt delicta, quæ eo quod sunt manifesta, sunt ita clara quod generant scandalum in populo, si talis celebret, & isto si hñ respectu ad legē Dei vel Euangeli, quilibet eo quod daret in peccato, non potest celebrare, quia iudicium sibi manducat & bibit. xlix. dist. c. fi. & sic si est emendatus de peccato & Deo placens, quo ad Deum potest secure celebrare, & absque altera dispensatione, vt 50. dist. c. ponderet. Si habes respectum ad legem positiuam, sancti patres succedētibz temporibus ex parti simulatas pœnitentias addiderunt statuta, per quæ restrinxerunt, quod eis licet, de biga. c. ii. quod nullus criminofus de crimine conuictus siue pœnituerit, siue non, debeat promoueri, & promotus debet deici, & deiectus non restitui. 50. dist. c. presbyterum, & c. peruenit, & c. si post, & c. vt constitueretur, per hoc tamen non auferitur prælatis potestas dispensandi, cum vere pœnituerint, & maxime vbi nō est scandalum; ut in d. c. constitueretur. & c. domino sancto discretus tamen debet esse prælatus in dispensando, vt attendat scandalum & paruitatem pœnitentiæ, & multa alia quæ Deus ministrabit, cum causæ. n. cognitione danda est dispensatio. i. q. vii. c. dispensationes. & c. exigunt; & in multis capitulis. Causa autem quare tales non possunt promoueri, est scandalum, quia si capti vel deprehensi sunt in aliquo mortali crimine propter scandalum quod est in populo, repelluntur. Idem si sunt conuicti, nec confessi, uel alias sit notorium. inf. e. c. quæritum, nisi dispensetur cum eo, pro quo facit q. no. Inn. in c. cum nostris. inf. de concess. præb. Et hoc dicitur puto verum, nisi crimen de sui natura, i. ex iuris dispositione inducat priuationem beneficii ipso iure, quæ autem sunt ista crimina, no. in c. quod sicut. de elect. q. tene menti. A beneficio autem non debet abstinere, nisi sibi auferatur, quia tantum in constitutibus prædictis de officio dicitur, & non de beneficio. lxxi. dist. c. disciplina, per sententiam tamen priuabitur beneficio. lxxxii. di. ca. si quis. & concordat ista constitutiones iuri naturali, vbi dicitur, nihil cum scandalo facies, de oper. no. nun. ca. ii. Scandalizarentur. n. cum viderent deprehensos in crimine celebrare. inf. c. proxi. xxv. di. c. i. Per quæ apparet concludendum, quod omne delictum quantumcunque mediocre, & manifestum creat irregularitatem, quia eget dispensatione saltem episcopi, & ideo si est delictum tale, impedit promouendum, & etiā de iure positiuo prohibetur talis in susceptis ministrare, quia caret executione. Est tamen differentia (vt dicit gl.) an delictum est notorium confessione, uel facti euidentia ex una parte, an quia conuictus, uel confessus propter timorem probationis, ex altera quo ad facultatem dispensandi, quia primo casu de facili dispensatur, secundo non, sed ante dispensationem quo ad legem promotionis & potestatem celebrandi nulla est differentia. Quædam sunt delicta leuia & notoria facti euidentia, non tamen sunt ita clara, quin habeant aliquam excusationem, & ex quibus magnum scandalum oriri non consuevit, vt in tenente plures ecclesias habentes curam animarum, & tunc dicit Inn. satis posse dici, quod post pœnitentiā licite celebrabit, ar. de ele. ca. dudum. il. ii. vbi requiritur quod ratur tempore electionis habeat plures curas, vt non valeat electio. Idē si fecit tumultum in concilio. v. q. iii. c. in loco vel si fuerit excommunicatus. iii. q. i. c. i. vel cōtumax. hæc n. & similia multoties excusationem habent. Alii quod qualitercūque manifestus sit excessus, maxime si scandalum est, postea non celebrabit, etiam acta pnia, vt hic, subditi tamē eius officium audient quousque finaliter cōdēnetur, 28. dist. c. consilium. viii. q. vl. c. none. & sicut non potest celebrare, ita nec eligi, quia propter celebrare eligitur, de cle. exco. mi. c. si celebrat, & hoc de conuictio expressum est. sup. de elect. c. super eo, de confess. cum super. sic & in dephensio, vt nec ad episcopatum, ita nec ad alias dignitates possit eligi, de elect. c. per inquisitionem. Quandoque crimen est medio-

cre, & est occultum, & tunc regulariter non inducit irregularitatem, ideo facta pœnitentia, vel eius parte celebrabit, vt inf. c. proxi. de aposta. c. ii. nec erit tunc necessaria dispensatio, & sufficit absolutio sacerdotis, vt dicitur in d. c. ii. & vi. quæstio. i. c. illi quod, quamuis meritoria sit humilitas, si uoluerit abstinere, & forte talis non erit etiam monendus, vt abstineat a promotione ordinum Innocent. 7. Opp. quod etiam occultus peccator possit prohiberi a promotione, vt inf. c. proxi. Sol. secularis non potest prohiberi, vt hic, regularis sic, vt ibi, quia non habet propriam uoluntatem. xii. q. i. c. nolo, vel vbi est scandalum, potest inhiberi. vt ibi, vbi non est scandalum, non, vt hic, vel vbi quis ratione dignitatis habet ius & necessitatem petendi ordines, non prohibetur, vt hic, si uoluntarie petit, sic, vt ibi, quia tunc prælatus eius qui nouit secreta, potest inhiberi, ut ibi. Conclude si quis occultus peccator petat promoueri ratione tituli, non potest prohiberi. si non est scandalum, secularis non potest prohiberi, regularis autem a pœnitentiario prohiberi non potest, a non pœnitentiario autem, scilicet prælato non debet prohiberi, si tamen prohibeatur de facto, prælatus non posset ipsi præcise inhibere, sed tunc episcopus non compellitur ipsum ordinare. Consuluit tamen Hof. quod si habeat læsam conscientiam, quod alteri committat, de offi. deleg. ca. pasto. s. quia uero. Opp. quod non debeat quis pro quocunque delicto degradari, de pœnis, c. ii. lib. vi. de iudi. ca. cum non ab homine. Sol. dic quod hic loquitur de uerbalis depositione.

5. Vltimo Docto. inducunt de. ad q. de illo tutore qui cepit facere in uentarium & non perfecit, quod possit agere, de quo in Specula. de tutore. s. generaliter, ver. quid si coeperit. Oppo. vel hæc de. intelligitur de crimine graui, & mediocri. primo casu si loquitur de graui (quod uidet, quia imponitur pœna degradationis) non procedit, quia dicit si nis ibi, acta pœnitentia potest in susceptis ministrare, vel de mediocri, & tunc ex quo occultum est, non debet prohiberi a promotione. Solu. potest intelligi de graui, non tamen inducente irregularitatem, vel suspensionem, ex quo est occultum, & tale acta pœnitentia non impedit in suscepto ministrare, ad superiores tamen ordines non debet ex consilio promoueri, & sic est monendus, non tamen compellendus, potest etiam intelligi de delicto graui, & inducente irregularitatem, vel suspensionem, quando omnino est occultum, quia monendus est, sed non omnino compellendus, quia relinquitur in tali suæ conscientia, sed certe monendus etiam esset, vt in susceptis non ministraret, nisi dicitur quod acta pœnitentia dispētur in occulto. Et sic quod dicitur permitti, intellige dispensatiue. potest etiam intelligi de mediocri occulto, quia acta pœnitentiæ potest in suscepto in non suscepto autem debet ex consilio abstinere, ideo monendus est & non compellendus, sed hoc vltimum non tenet Inn. quia dicit quod non est monendus.

ADDITIO.

1. De uerbalis depositione. Adde quod uerbalis degradatio est, quando ob crimen dicitur profertur in eum sententia depositionis, ita. o. Specu. in tit. de act. s. ii. aer. & nomen. Bertha de Fir. in tra. de episc. in vl. par. vi. h. & pro quibus criminibus debeat quis actualiter degradari, & pro quibus uerbaliter, uide Ang. in tra. male. in gl. in ver. caput a ipsa. Spe. in tit. de comp. iudi. adeu. s. uer. ii. An. de Bu. & Doct. in c. si cle. i. inf. de iudi. & plenissime per Berth. de Fir. ubi sup. ubi ponit materi degradationis per ordinem de qua habet bo. glo. in c. ad reprimendum, inf. de off. ordin. Ne omitto, quod non debet quis degradari propter crimina quantumcunque enormia, nisi concurrat incorrigibilitas, vt nonno. in c. cum non ab homine. & ibi Do. ius. de iud. excipiens crimen hæresis falsi fictionis bullarum apostolicarum, cons. irrationis in episc. pum, & fortilegu, de quibus per Archi. xx. q. ii. c. a. monent, & per Ang. Ar. & Spe. ubi prox. Zac.

SUMMARIUM.

1. Obedientia an et quando, et in quibus est præstanda per subditos prælato, uel aliter superiori.
2. Grauum extraiudiciale nunquam transit in rem iudicatam.
3. Ad euitandum scandalum non debet quis desistere ab operatione boni.

Præpositi appellatione qui comprehendatur.

CAP. V.

Dares Religiosus contra admonitionem prælati sui ordinari non debet. Communis diuisio. Secunda ibi. Tuæ causæ literalis. Quidam religiosi uolunt ad ordines promoueri. Prælati eorum nolunt eos promouere. Queritur quod iuris sit? Rñ. Papa quod tutus est eis ministrare in inferioribus ordinibus, suis platis obedientiam impediendo, quod cum scandalo suorum prælatorum ad ordines superiores promouere. Panor. super secunda primi. F 4 r. nec